



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 131. Regnum Cypri opera Sultani Jacobo assertum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

nam Oratores suos ad Sultanum Ægypti, cui jam olim Cypri Regnum Carolinæ Avus vectigal reddidit, cum muneribus & consueto tributo mitteret, additis quoque mandatis, ut Reginæ suæ conjugis jura tuerentur contra Jacobum, qui a Sultano Ægypti jamjam Cypri Regnum obtinuerat.

Sæcul. XV.
A.C. 1459.

§. CXXXI.

*Sultani Opera Regnum Cypri
Jacobò assertum.*

Legati in Ægyptum ad Sultanum appulsi, tanto rationum pondere Reginæ suæ jura vindicabant, ut Jacobus vix non omni spe sua excidisset, nisi supervenientes Mahometis II. oratores, quos Jacobus opportuna dexteritate sibi devicerat, Sultanum convenissent, & Imperatoris sui nomine arroganter comminati fuissent, cruentum ipsi bellum a Mahometanis illatum iri, nisi Jacobum, quem semel Regem salutasset, in Regni possessione firmaret, & foedus cum Gallis initum dissolveret. Si vero, promissa Jacobo servaret, classemque pararet in Cyprios, Mahometem quoque aliam instructurum in Rhodios Equites, eorumque Insulam pleno jure Sultano cessurum spondebant. Ast aut falli, aut Sultanum fallere volebant hi Oratores; cum enim

enim

Secul. XV. enim jam vicina, quæ hujus Insulæ con-
A.C. 1459. tinenti adjacent, loca Sultani imperio
 subjecta essent, certe hic, qui ipse hanc
 Insulam imperio suo subjici tam ardentem
 exoptabat, eandem suis armis semel oc-
 cupatam, facili adeo negotio æmulo suo
 non cessisset.

§. CXXXII.

*Jacobi Juramentum a Sultano
 petatum.*

*Æn. Sylv.
 ibid. c. 97.
 Comment.
 Pii II. lib. 7.*

Placebant Sultano conditiones per Ma-
 hometis Legatos propositæ: quocir-
 ca Jacobum in Regno confirmatum cum
 magna militum manu in Cyprum remisit,
 prius tamen ab eo sequens juramentum
 præstari petiit. *Per Deum magnum, &
 altum, formatorem cæli & terræ, & omni-
 um, quæ in eis sunt, & per sancta hæc
 Evangelia, per S. Joannem Baptistam, atque
 omnes Sanctos, & per fidem Christianam pro-
 mitto, & juro, quod omnia, quæ novero,
 aperta erunt Domino meo altissimo Sultano
 Ægypti, & totius Arabiæ Imperatori, cu-
 jus Regnum Deus fortificet; ero amicus
 amicorum suorum, & inimicus inimicorum.
 Nihil eum celabo; neque piratas in Regno
 meo patiar: Ægyptios, qui in regno meo
 serviunt, emancipabo, & libertate donabo. Auri
 quinque millia nummum in Calendis Septem-
 bris aut Octobris tributi nomine in templis
 altif-*